UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs In Primam Digesti Novi

**Bartolus**

**Lvgdvni, M.D.LXVII.**

Furtis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

5 l.ſi cui.in prin.ſ.de accu.¶ †Quero,an ciuilis actio tollatur p
6 criminalem: Dic vt dicitur in l.ij.§.j.ſ.vi bo.rap.†Quero vtrū
a de iſtis criminibus priuatis poſſit accuſare quilibet extraneus:
Gl.que eſt hic,videt dicere q̃ non.Dy.intellexit hanc gl.quādo
ex delicto venit pena imponēda pecuniaria,alias quilibet de po
pulo poſſet accuſare.Ita dicit Dy.ita no.gl.ſ.de popu.actioni.
ſuper ru.⁊ notatur etiam i l.ſi.C.de litigio.quod qualiter intelli
7 gatur,dicā ſuper rub.ſ.de popu.actio.¶ †Quero,dicit gl.iſta,
qd̃ extranei non admittuntur.qui dicant extranei: Reſpondeo,
intelligo,quātum ad propoſitū,qd̃ admittuntur omnes ille,qui
propter illam iniuriam videntur iniuriam pati,vt conſangui-
nei,⁊ affines qui ponuntur in l.lex Cornelia.circa princ.ſ.de iu
iur.⁊ quod ibi no.in gl.Uel dic aliter,omnes illi admittūtur,q
in eum inuiti teſtimonium dicere non cogunt,l.j.⁊ quod ibi dixi,
8 ſ.de accuſa.Et per hoc apparet ſoluta queſtio,an ius accuſandi
de priuato crimine tranſeat ad heredē:Et dico quod non trāſit
ad heredem vt heredem,quia non erāt in bonis,defuncti,l.in iu-
riarum.ſ.de iniur.ſed bene poteſt accuſare heres,tanquam per-
ſona,cuius intereſt,⁊ qui proſequitur propriā vindictam cum
9 proſequitur iniuriam defuncti,l.j.§.ij.infra,de iniur.¶ †Que-
rit gl.an pro damno dato vbi habet locum actio legis Aquilie
b poſſit quis accuſari criminaliter:Et [b] conſtat quod ſi damnum
eſt datum per vim,habet locum accuſatio legis Iulie,de vi pu
blica.Sed queſtio noſtra debet intelligi,quando damnum eſt da
tum leuiſſima culpa,que venit in l.Aquilia.l.in lege Aquilia.ſ.
ad leg.Aqui.vtrum tunc poſſit accuſari criminaliter:Cy.in l.ſi
quis non dicam rapere.circa fi.C.de epiſ.⁊ cler.videtur.tenere
quod non.Sed habuiſtis contrarium no.in l.reſpiciendum.§.
delinquunt.ſ.de penis.⁊ ibi dixi vobis.Probat ſupra de legi.
10 l.j.ibi,ſponte,vel ignorātia,⁊c.⁊ qd̃ ibi no.in gl.¶ †Quero,an
pro rapina habeat locum accuſatio priuata:De publica cōſtat
ſ.ad leg.Iuliā de vi publica,⁊ priua.Gl.non declarat iſtud.Ue
ritas eſt iſta,quod in caſu poteſt eſſe,p rapina accuſatio priua-
ta l.ſi quis ex domo.ſ.tit.j.⁊ no.in l.infamem.ſ.publi.iudi.

ADDITIONES.

a Alex.¶ Quero,vtrum.Utrum de iſtis criminibꝰ priuatis poſ
ſit accuſare quilibet extraneus,late p Bal.in rub.C.de accuſa.
vbi tenet contra Bartol.⁊ Bal.in l.aduerſus.C.de furtis.Et an
accuſatio furti,⁊ vtrum ius accuſandi tranſeat ad heredem.vi-
de Bal.in l.j.vlt.col.C.ne ex delic.defun.tenet contra Bar.hic.
b Al.¶ Accu.crimīaliter.An iſta accuſatio ſit publica,vel priua
ta,⁊ quid ſi accuſans de crimine priuato,non probat de itereſſe
ſuo,adde Ioan.Andr.i addi.Spec.de accu.vide omnino Bal.
in cap.j.§.iniuria.de pace iuramen.firman.⁊ Bal.no.i l.ea que.
C.de cond.indeb.dicit,quod pro damno dato vi,aut clam,agit
criminaliter.dic glo.eſſe not.⁊ibi ſubdit,quod iſta pena crimi-
nalis non creſcit per inficiationem.

De furtis. Titu.ij.

¶ Dixi ſ.de priuatis delictis in genere,ſequitur videre in ſpe-
cie.ſed quia delictum furti frequentius committitur,ideo de
a furtis a premittit.

ADDITIO.

a Pom.¶ De furtis.Circa iſtā rub.vide Bar.i cōſi.ccxcj.icip.
videtur dicēdum.vbi dicit,qd̃ accuſans de furto debet dicere rē
ad ſe pertinere,⁊ illā poſſidere,vide ibi.⁊ vtrum poſſit committi
furtū in re immobili,vt dei inquiſitio,vide Ludo.Ro.in conſil.
cxlij.⁊ vide eundē Lud.Ro.in cōſi.cclxxiij.de eo qui furat lapi
des palatij ſi dicat committere furtum.¶ Alex.vtrum furtum
etiam capitale dicatur priuatum delictum,dicit glo.quod ſic,in
l.pe.de cond.ob cau.vide que dixi in l.ij.ſ.de bon.dam.in fi.apn
ſtille mag.⁊ no.Bal.in l.j.C.ne ex deli.def.Que autem dicit ro
baria,⁊ quis ſit depredator,dixi poſt Bar.in l.capitalium.§.fa
moſos.de pen.ibi etiam quis ſit predo,⁊ ſimilia.

LEX I.

1 ☞ Furtum ex ſola cogitatione non committitur.
2 Argumentum ab etymologia vocabuli non valet.
3 Contrectare,eſt rem de loco ad locum remouere.

FUrtum Ponit tres deriuationes fur-
ti.Prima eſt a tempore,Secū
1 da eſt ab animo.Tertia eſt ab actu corporeo.In
verſicu.ſola cogitatio.pone caſum.†Quero,vtrū
ex ſola cogitatione quis cōmittat furtum;Uide-
tur quod ſic,quia furtum dicitur a fraude.⁊ ſic
2 ab animo.Iuriſconſultus determinat contrarium.Not.† ergo
a quod argumentum ab etymologia [a] vocabuli,non eſt validum.
Et poteſt eſſe ratio,quia hic repugnat diffinitio ſequens.Simi
le i l.j.ſ.de tuto.⁊ l.ij.§.appellata.ſ.ſi cert.peta.⁊ Inſtitu.de te
ſta.in principi.Dixi in l.j.ſ.de teſta.in princip.In verſicul.fur
b tum.ponitur diffinitio furti [b] Dicitur hic,quod furtum eſt con-
3 trectatio.†Quero,quid eſt contrectare: Reſpondeo,eſt de loco
ad locum admouere,l.iij.§.ſi rem.ſ.de acquir.poſſ.Itē.dicitur
hic,lucri faciendi,quid ſi nō intendat lucrari ſibi,ſed alteri.Re-
ſpon.ſufficit,l.ſi quis quid perferendum.in pri.ſ.eo.Cetera cir
ca hanc diffinitionem,dic vt in glo.

ADDITIONES.

a Alex.¶ Ab etymologia.Quando procedat argumē.ab etymo
logia,adde Bar.in l.j.de acquirenda poſſeſſione.in rub.ſol.ma.
⁊ ſcripſi poſt Bar.in d.l.j.Adde eundem Bart.in l.ij.§.apella-
ta.ſ.ſi cer.petat.
b Al.¶ Diffinitio furti.Et qa hic dicit,inuito domino,limita in
caſu.not.l.ſi quis ſeruo.C.eod.Idem intellige ſane,per not.per
Bal.in l.mala fide.C.de cōd.ex lege.⁊ in rub.C.de cōdictio.ob
tur.cauſ.⁊ in l.incendium.C.ſi certum petatur.⁊ que ſcripſi in l.
eos qui C.de furt.⁊ pulchre declarat Archidiaconus xiiij.que-
ſtione quinta.ca.penale.vbi omnino vide.⁊ ibi quid in dubio p
Bar.in l.iter omnes.§.recte.ſ.eo.Et quis ſit fur manifeſtus,vi
de ſ.eo.l.ſi quis in ſeruitute.⁊ per Cy.⁊ Bar.i d.l.falſus.⁊ quod
tibi Bal.in tertia opp.

LEX III.

1 ☞ Delictum dicitur manifeſtum,quando quis deprehenditur
in ipſo delicto vel aliquo actu propinquo ad delictum.
Adulterium dicitur manifeſtum,quando quis deprehenditur
in domo alicuius pulchre mulieris.
Homicidium dicitur manifeſtum,quando aliquis reperit mor-
tuus,⁊ quis fuerit viſus effugere cum gladio euaginato.
2 Fur vt dicitur manifeſtus,non requiritur eius captura,ſed ſuf
ficit quod fuerit viſus cum re,⁊ fuerit acclamatum.
3 Uſurarius manifeſtus,qualiter quis dicatur.
4 Famoſus fur,qualiter intelligatur.
5 Initium dicitur illud totale tēpus,quo tulit ad locū deſtinatū.
6 Statuto ſtante,quod Poteſtas teneat aliquid facere in princi
pio ſui officij,qualiter intelligat principiū,vbi q̃ prima pars,
ideſt primus menſis.
7 Fieri aliquid in principio platee dicit,quod fit in prima parte,
ea diuiſa in duodecim partes
Communis vſus loquendi attenditur.
8 Principiū rei,dicitur a parte ſuperiori:pars ad quam deſcē-
cit curſus aque dicitur finis.

FUr manifeſtus eſt. Ex hac lege
1 †no.quod de-
lictum dicitur eſſe manifeſtum,quando quis depre-
henditur in ipſo delicto,vel aliquo actu propinquo
ad delictum.Ita vides hic,ſi deprehenditur quis cum re furti
ua licet non fuerit viſus furari,eſt manifeſtus fur.Idem dico,
ſi aliquis deprehenditur in domo alicuius,vbi pulchra mulier
a eſt,certe facit hunc adulterū manifeſtum [a].Ita debet itelligi l.
capite quinto.ſ.de adul.Item ſi aliquis fuerit viſus effugere cū
b gladio euaginato [b],⁊ reperitur aliquis mortuus,certe ex hoc eſt
2 homicidium manifeſtum,quod talis fecit.¶ †Secundo quero,
an ad hoc quod fur ſit manifeſtus,requiratur apprehēſio,ſeu ca
ptura:Quidam dicunt quod ſic,per hanc legem.ſed contrariū
eſt verum,quia ſufficit,quod fuerit viſus cum re,⁊ contra eum ac
clamatum,l.ſi quis in ſeruitute.§.j.ſ.codē.no.per Cy.C.de fur.
l.falſus.in ij.oppo.¶ Iſta lex facit ad queſt.Dicit decretalis,
3 quod non valet teſtamentum vſurarij.manifeſti.†Quero,quis
c dicatur vſurarius manifeſtus [c]:videtur quod requiratur appre
henſio,vel acclamatio contra eum in ipſo actu,vt hic Gloſſ.ta-
men dicit aliter extra de vſur.c.vſurarum.⁊ c.quanquam.vtro
bique in verb.manifeſti lib.vj.vbi dicit,quod ille eſt vſurarius
manifeſtus,qui tenet altare paratum ad mutuādum,vel de hoc
eſt confeſſus,vel conuictus.Tu de hoc dicas,quandoque queri-
tur,vtrum quis dicatur delinquens,ſeu peccator manifeſtus,vt
fur vſurarius,vel alio modo reſpectu certi,⁊ limitati delicti,⁊
tunc requiritur apprehenſio,ſeu acclamatio contra eum,non,in
ipſo actu delinquendi,vel in his que ſunt proximo delicto vt in
iſtis a legibus,Quandoque queritur,vtrum aliquis ſit manife
ſtus peccator alicuius delicti in genere,⁊ tunc non ſufficit quod
faciat ſemel,aut bis illud delictū,ſed requiritur quod ſtet publi
ce paratus ad iſtud delictum faciendum vt facit meretrix in p-
ſtibulo,vel vſurarius ad banchum.l.palam.in prin.ſ.de ri.nu.⁊
quod no.in d.c.vſurarum.Item ſi non facit ita palam,ſed quaſi,
vt puta mutuat in camera ſua cuilibet volenti ar.d.l.palam.⁊
l.iij.circa prin.ſ.ad Mac.Ita intelligo hanc materiā.Famo-
4 ſus tantem fur qualiter intelligatur,vidiſtis in l.capitaliū.§.fa-
moſos.ſ.de pe.⁊ ſic eſt differentia inter manifeſtum,⁊ fam ſum.
5 ¶ *Ulterius no.ſ.eo.in l.quāuis.illud pō dicit gl.in ver.nito.
q̃,initiū appelat illud totale tempus,quo tulit ad locū deſtina

6 tum. Iſtud facit † ad queſtionem. dicit ſtatutum[d], quod Pote-
d ſtas teneatur aliquid facere, ſeu aliquam inquiſitionem, in prin-
cipio ſui officij. quero quomodo intelligitur in principio ſui of-
ficij. Hic videt gl. ꝙ principiũ intelligatur prima dies, vt hic. ⁊
l. quo deſtinauerit infra eodẽ. Et pro hoc videtur tex. ſupra. de
aqua quotidia. ⁊ eſtiua. l. j. §. eſtatem. ⁊ §. ſeq. In contrarium vi-
detur, quod principium dicatur vſque ad mediũ ſui officij a me
dio retro dicatur finis, vt not. ṡ. ſi quis ius dicen. non obtempe.
l. j. Breuiter puto dicendum ſic quod principium dicat prima
pars rei, ⁊ ideo ſi res de qua agitur, habet diuiſionem, ⁊ diſtin-
ctionem partium intelligo in principio, id eſt, in prima parte. vt
C. de iudi. authẽ. ad hec. Nam iudicium diuidit in tres partes.
Principium vſque ad conteſtationẽ incluſiue: medium vſque
ad concluſionem cauſe: poſt concluſionem vſque ad ſententiã in-
telligitur finis. Unde in principio intelligitur, id eſt in prima
parte. Facit. l. ſi quis in principio teſtamenti. de lega. iij. Nã ibi
intelligitur in principio, id eſt in primo capite. Eodem modo ſi
quis diceret in principio ſeculi, intelligitur de prima etate, que
fuit ab Adam vſque ad Noe, quia ſic eſt diuiſum ſeculũ per eta
tes. Sed quandoque res de qua agitur, non habet partes, vt in
caſu propoſito, vt quando fit furtum. Nam quanto tẽpore fuit
furtum, ignoratur, ⁊ quanto tempore duret fur cum furto, igno-
ratur, ideo intelligitur de prima die. Ad propoſitum, cum ſta-
tutum dicat, quod Poteſtas teneatur facere aliquid in prin-
cipio officij ſui, ⁊ officium poteſtatis duret ſex menſibus, intel-
ligam in primo menſe, quia habet ſex principales partes. Itẽ
ſi duraret anno, intelligerem in principio, id eſt, in prima parte,
7 id eſt, in primo menſe, q2 annus habet partes duodecim. † Sed
quid dices in corporali, ad quam refertur hec appellatio princi
pij? Reſpondeo, quelibet res corporalis diuiditur diuiſione le-
gali in partes duodecim, l. ſeruum. §. hereditas. ṡ. de here. inſti.
ideo dicam fieri i principio platee illud quod fit in prima parte
ea diuiſa in duodecim partes, ⁊ in fine dicam fieri id quod fit in
vltima parte. Predicta vera, niſi communis vſus loquendi ali-
ter ſe haberet, quod certam partem appellaret principiũ, tunc
8 ſtandum eſt communi vſui. l. j. in princ. ṡ. de flumi. † Sed quero,
a qua parte faciemus principium? Certe a parte ſuperiori, infe-
rior autem pars ad quem deſcendit curſus aque, dicitur finis.
arg. l. j. in fi. ṡ. de aqua plu. arcẽ. Ulterius opp. ad l. proxi. Solu.
vt ibi videmus.

ADDITIONES.

† Claud. de Seyſ. ¶ Eſt manifeſtus. An deprehenſus in itinere,
dicatur deprehenſus in actu, vide per Bal. in cap. propoſuiſti
de appellatio.
a Alex. ¶ Adulterum manifeſtum. Per Bartol. in l. ij. in fin. de
adulte. vide infra eodem l. ſi quis in ſeruitute. per Cyn. in l. fal-
ſus. C. eodem. ⁊ ibi etiam Bartol. in principio. ⁊ ſequitur etiam
Bal. in dicta l. falſus. in quarta opp. vbi idem tenet quod Bart.
Bene facit qđ habetur in l. ſi quis adulterium. ſ. de adulte. Et
Spec. in ti. de preſũ. §. j. ⁊ Bal. ĩ auth. quas actiones. C. de ſac.
ſanc. eccle. in fin. ⁊ in terminis Io. And. in titu. de probatio. §.
j. verſicu. xiij. de quo Imol. in l. fina. ṡ. de heredib. inſtituẽ. ⁊ per
Bal. in l. fina. C. de probatio.
b Alex. ¶ Gladio euaginato. Hoc approbat Bal. neq; natales. C.
de probatio. Et quod dicit Barto. hic de gladio euaginato, re-
prehendit Angel. in l. fi. in prin. quod met. cau. C.
c Alex. ¶ Uſurarijs manifeſtũ. Quis dicat vſurarius manifeſtus
adde pulchrum dictum Bar. in l. j. §. apud Iulianũ. ṡ. de edili.
ed. ⁊ in materia vide qđ Bar. poſt gl. ⁊ que notaui poſt Bald.
in l. cũ allegas. C. de vſu. Et ad hoc vide Bal. in l. j. verſi. octauo
quero. C. de teſtamẽ. l. j. C. de fal. cauſa adie. lega. ⁊ no. Mod.
Inſt. de act. §. ex maleficijs. ⁊ §. quadrupli. Et de multis fraudi
bus, quas excogitant feneratores ad hoc, vt ſui contractus non
dicantur feneratitij, tetigit Ioan. And. in c. ex literis. de iureiu.
⁊ in cap. ad noſtrã. de emptio. ⁊ venditio. ideo quia infinite ſunt
conſtitutiones ſynodales, prouidet de modo conuincendi vſu-
rarios. Et adde quod conſuluit Angel. in conſilio x. quod inci-
pit, in cauſa predicta eſt hoc ordine procedendũ. quod ille etiam
dicitur manifeſtus vſurarius, qui per diceceſanum pronũciatus
eſſet publicus vſurarius. Et poteſt hoc facere qñdo vſurarius
eſt teſtibus ſuperatus de tali crimine, aut vſurarius eſt etiã con
feſſus corã epiſcopo ipſum crimẽ, vel contra ipſum laborant no
ta argumenta, fama concurrente. vt extra de vſur. in ca. cũ tu. Et
hoc tenet Gul. extra de vſuris. c. j. li. vj. alias ſi dieceſanũ iſtis nõ
concurrentibus pronunciaret non eſſet vſurarius manifeſtus,
ſecũdum eum. Item ille eſt vſurarius manifeſtus, quantum ad
hoc, vt teſtari non poſſit ſi coram ſacerdote. ⁊ teſtibus publicis
fatetur ſe vſurarium. ⁊ vſuras mãdat reſtitui, forte librum ratio
num tradens. Pro hoc facit, quod dicit. Ioan. And. in c. quan-
quã. de vſu. in verſic. manifeſte. Non igitur ſufficit iſta extraiu-
dicialis confeſſio coram teſtibus tantum facta. vel etiam coram
ſacerdote, niſi mandatum intercederet de reſtituendo vſuras
ſaltem per aſſignationem librorum rationum: ſed iſta tria re-
quiruntur copulatiue, vt apparet ex predicta gl. ⁊ in Ange. Itẽ
dicit Ange. in d. conſi. ꝙ ad hoc, vt manifeſtus vſurarius non
poſſit teſtari requiritur, ꝙ tempore quo teſtat fuerit manifeſtus
vſurarius. ſecus, ſi ante ⁊ poſt ipſum penituit, aut ante mortem
fuerit occultus fenerator. ⁊ poſt mortem incepit eſſe palã; quia
teſtamentum valet, ⁊ probat per tex. in d. c. quanquam dicentẽ ꝙ
nullus manifeſtorum vſurariorum interſit teſtamentis, poſtea
ſubdit ꝙ teſtamenta vſurariorum manifeſtorũ facta non valent.
Unde qualitas mandati, iuncto verſ. nemo. ſignificat ſecundũ
tẽpus verbi. ff. de noxa. l. in delictus. §. ſi extraneus. ⁊ i l. j. §. qđ
ait. ṡ. quo lega. ſecundũ eum, quod no. in practica. Adde qđ not.
Bal. in l. j. C. de exce. rei iudi. ⁊ ĩ l. poſthumo. in fi. de cõtratab. ⁊
in l. j. C. de fal. cauſ. adie. lega. Item an ille, qui probat per cõie
cturas vſurarius, dicatur vſurarius manifeſtus. ⁊ dicatur ſatis
probatum, licet nõ per ṡ. dictas probationes. Bald. per glo. ibi
in l. cum proponeretur. de lega. ij. tenet, ꝙ ſic. Allegat ꝙ habet
in c. vlt. de ſuc. ab inteſta. Tu etiã potes ſm Imo. ibi allegare, ꝙ
habet in c. cũ in dioceſi. de vſur. ⁊ per gl. in c. j. ⁊ ij. e. Quis dicat
vſurarius manifeſtus per An. in q. Aſtenſis. ⁊ Bal in l. j. C. de
ſacroſan. eccl. in lec. ⁊ in repe. ⁊ Cyn. dicit in l. ea quidẽ. C. de accu.
ꝙ vſurarius manifeſtus dicit ille qui in preſentia decem teſtiũ
fenerauit. Et vide no. per Bar. in l. interpoſitas. §. de tranſa. Et
qualiter per famam ⁊ argumenta probetur quem eſſe vſurariũ,
vide tex. cum gl. in c. cum dioceſi. de vſur. ⁊ no. per Fede. cõſi. xi.
Et no. ꝙ licet probetur quem eſſe vſurariũ non tñ per hoc põt re
ſcindi contractus factus cũ eo, niſi pbet eũ vſurariũ fuiſſe in illo cõtra
ctu, ſecũdũ Bal. in l. interpoſitas. in prin. C. de trãſa. ⁊ dicit Bal.
⁊ Cy. in l. j. C. de proba. ꝙ ſi vnus qui erat conſuetus fenerari vi
ginti pro centenario, mutuauit mihi centum, que ſibi ſolui, an
preſumebatur vſuras habuiſſe, ⁊ dicũt ꝙ non. Et quomodo pbe
tur quẽ vſurarium adde Bal. in l. cum allegas. C. de vſur. ⁊ i l. j.
§. ſimiliq; modo. C. de Lati. liber. tollẽ. ⁊ in l. ſcripturas. C. qui
potio. in pigno. habe. ⁊ in materia vide Bal. in l. j. C. de teſtamẽ.
vbi no. loquitur. Et an per ſolam confeſſionem, q2 in iudicio qs
cõfeſſus eſt ſe vſurariũ, probet vſurarius manifeſtus, vide Bal.
no. in l. j. ad fi. de confeſ. Sed ꝙ p cõiecturas nõ probet quis eſſe
vſurarius, not. in l. duos. C. de appellati. Sed an ĩ genere ſi ibi
pbãti reſultet cõmodũ admittet, q teſtificatur talẽ ſibi mutuaſſe
ſub vſura, vide Bal. in l. dictantibus. C. de teſtam. Et ille q mã-
dat reſtitui vſuras, ſi reperiat aliquas habuiſſe nõ conuinci vſu
rarius. alle. Fed. in conſi. lxij. Adde ꝙ de d. cõſi. Ang. x. ⁊ de ma
teria per Bal. cõſi. xvij. ij. Et ibi an poſſit pronunciari manife-
ſtus a iudice laico. ⁊ cõſi. clxij. lib. ⁊ cõſil. cccclxv. lib. iiij. p Fede.
conſi. viij. Et an per confeſſionẽ de reſtituendis vſuris qs pbe-
tur vſurarius, vide p eundẽ conſi. lxiiij. p Abb. conſi. cxiiij. ⁊ de co
qđ tenuit Bar. quomodo intelligatur principium, vide Pet. de
Ancha. conſi. xcvij. vbi approbat doc. Bar.
d Alex. ¶ Dicit ſtatutũ. Uide aliquid per Bar. in l. iiij. ĩ fi. C. de
tempo. appel. per Sal. in rub. ff. de rerum diuiſio. ⁊ Alex. ĩ l. j. ff.
ſi quis, ius dicenti non obtem.

LEX VII.

1 ☞ Quilibet poteſt occurrere ad capiendum delinquentem.
2 Laicus poteſt capere clericum delinquentem, ⁊ eum ducat ad
iudicem, non vt ipſum detineat.
3 Defendere aliquem offenſum, ⁊ eum iuuare quilibet poteſt.

**SI quis in ſeruitute.** Hic ponit no
uus caſus ſm gl. Op. ad princip. ṡ. l. proxi. vbi videt ꝙ ſufficiat ali
quẽ capio tota illa die, antequã perferat ad locũ deſti
natũ. Due ſunt ſolutiões. Una ꝙ hic loquit, qñ quis iſto medio
tpe mutauit ſtatum. ⁊ hoc tenet gl. in l. precedenti. Alij dicũt ꝙ
iſtud principium corrigitur perverſi. idem Pomponius. ita di
cit glo. hic. ⁊ hanc ſolutio. tenet. Dy. quaſi mutatio conditionis
perſone nil reuelet, vt l. j. ſ. de pe. Poſſumus ſuſtinere gl. vt il-
lud, quod faciat mutatio diei, faciat mutatio ſtatus perſone. Nõ
ob. l. j. ſ. de pe. q2 ibi loquit i pena iam commiſſa, i qua nõ nocet
mutatio ſtatus: hic in pena cõmittenda, ſeu alterãda. Ulterius
a op.[a] de l. in omnibus cauſis. ſ. de reg. iur. Gl. non ſoluit. Dy. di-
cit hic, qđ poteſt aduerſario imputari culpa, q2 fuit nimis timi
dus. ibi non. Uel ibi vis infertur ab alio, qđ hic fur nõ facit. Ul-
1 timo no. fi. huius legis ibi, quilibet tranſiens, ⁊c. Ex habes ꝙ
quilibet poteſt occurrere ad apprehendendum delinquentem.
2 Simile vidiſtis, ṡ. e. l. iij. ¶ † Iuxta hoc quero[b] vtrũ laicus poſſit
b capere clericũ deliquẽte. Puto qđ ſic, vt eũ ducat ad iudicẽ non
vt ipſe eum detineat. arg. l. ait pretor. §. ſi debitorem. de his ꝙ
i frau. cre. ⁊ l. capite quinto. ſ. de adul. ⁊ quod no. Inſti. de actio.
circa princ. hoc tangit Inn. in c. vt fame. extra de ſententa exco.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

3 Ultimo ex hoc tex. dico quod quilibet poteſt iuuare, ⁊ defēdere
aliquem offenſum: nam ſi quilibet poteſt me iuuare ad defenſio
nem rerū, vt glo. dicit tex. multo magis poteſt me iuuare ad de-
fenſionem perſone.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Ulterius oppo. In omnibus, caſibus quibus quis po-
teſt capere furem, vide Bar. in l. j. C. de vi. ⁊ ad intellectum hu-
ius legis, vide ſ. eo. l. fur eſt manifeſtus.
b Ale. ¶ Iuxta hoc q̄ro. Utrū laicus poſſet capere clericū delin-
quētem, ⁊ ipſum ducere ad Poteſtatem, adde Bal. in l. ſi qua ꝑ
calumniā. C. de epiſco. ⁊ cle. ⁊ dixi poſt Bar. in d. §. ſi debitorē. ⁊
no. Bar. in l. ſi miles. de exhiben. reis. ⁊ per Lano. in ca. cū non
ab homine. de iud. Lap. alle. cxxvj. alias. cxxij. vide no. per An
gel. ⁊ docto. in l. j. ſ. ne quis eū. ⁊ quod not. Innocen. in c. ſi quā-
do. de offic. deleg. Adde quod Bal. in c. i. §. ſi quis. de pa. iu. fir.
dicit, ꝙ capi poſſunt clerici delinquentes, vt preſentent epiſco
po, ⁊ ibi eum omnino videas. Alleg. Inno. ⁊ Ioan. And. in cap.
vt fame. de ſenten. excommu. ⁊ hoc in ipſo actu delinquendi, vel
immediate poſt: ſ; ex interuallo nemo poteſt eos capere, niſi ex
conceſſione epiſcopi, vt no. extra de iud. c. cum non ab homine.
Sed do. Ant. in dicto c. cum nō ab homine. in hoc tenet contra
Hoſt. in dicto cap. vt fame. ſed Innocen. tenet contra dominū
Anton. Adde tamen quod clerici, vel monachi in ſacris cōſti-
tuti non poſſunt capi, etiā per iudicē eccleſiaſticum ꝓ debito
ex contractu, vel quaſi. no. Io. And. in c. ſi clericus de ſenten. ex
commu. in vj. Ad quod allegatur tex. in c. lator. de pig. ⁊ i ca. vt
fame. de ſenten. excōmu. Secus ſi ſit debitor ex delicto, vel ex cō
tractu ratiōe doli, vt in c. j. de depoſito. ⁊ hoc ibi tenet do. Anto.
ſicut etiam videmus in doctoribus in l. medicos. C. de profeſ. ⁊
medi. li. x. ⁊ eorū filijs, ⁊ vxoribꝰ. Et ideo dicit Bal. An. ⁊ Imo.
in l. quid ergo. §. ſi heres. de le. j. ꝙ pater inueniens clericū adul
terantem cum filia, ſi ipſum occidit, non incurrit penā canonis.
Uide ca. ſi vero. j. ad fi. de ſen. excō. ⁊ adde no. Bar. hic. vide no.
per Mod. in l. de pupillo. §. meminiſſe. de no. ope. nun. Et i hac
materia ad Bar. hic, adde qđ ꝓ bono publico quilibet pōt ca
pere fugientē, l. generali. de decu. li. x. ⁊ bene facit tex. in l. fi. C.
de male. ⁊ mathema. ⁊ no. ope. ꝑ Bar. i l. neminē. C. đ exhi. re. ſ;
intereſt Reipublice, vt delicta non remaneant impunita: ergo
quilibet poteſt capere clericū, vt eum preſentet ſuo iudici, vt in
authenti. de defen. ciui. §. nos igitur. ⁊ in authen. vt iudi. ſine
quo ſuffra. §. neceſſitatem. Sed aduerte quia contra doctrinam
do. Abb. in c. cum non ab homine. facit tex. in d. ca. ſi vero. i fin.
de ſenten. excom. vbi expreſſe dicitur, ꝙ non licet clericum innē
tum in adulterio, vel ſtupro capere, ⁊ ei violentas manus ipo-
nere niſi ſint perſone quedā coniuncte, que ibi notantur. Et quā
uis poſſet ad illum text. reſponderi, quod procedat quādo cleri
cus nō eſt in fuga, vel non eſt veriſimile, ꝙ fugat, hoc tamē mul-
tum reſtringit illam rationē, cum in dubio manifeſtū eſt, ſeu ve
riſimile, ꝙ deprehenſus in maleficio timore ne captus ponat ad
torturā, quod ipſe fugiet, vt eſt caſus nota. in ca. vt fame. ſupra
alleg. ⁊ ad hoc facit tex. in l. j. ff. de bon. eorum qui mortem ſibi
conſciuerunt. ⁊ ibi per Bartol. vbi probatur quod accuſatio eſt
iuſtus metus accuſato, ſi fugit propter quem ille qui fugit. ꝓſu
mitur fugiſſe eadem ratione faciet qđ veriſimile ſit accuſatum
debere fugere. ⁊ ſi cuſtodiatur: quia iuſtus timor preſumit mo-
uere quemlibet ad faciendum, vt euadat a periculo, vt patet in
toto titu. quod me. cau. Unde quia deprehenſus in crimine pre
ſumitur fugitiuus, ⁊ legis diſpoſitio faciēs regulam, debet ada
ptari ad ea, que communiter contingunt, l. nam ea. ſ. de leg.
Unde ſi tex. ille i d. c. ſi vero, voluiſſet illo caſu, quo clericus nō
poſſet fugere, vel nō eſſet veriſimile, ꝙ fugeret, nō licere eū capi,
non erat ſimpliciter ponenda regula negatiua, cū iſte caſus con
tingat de facto, ⁊ ſic quodāmodo contra naturā deprehenſionis
in delicto perſonali: ſed d; poni regula affirmatiua cum iſta ex
ceptione, ſicut communiter in delictis prohibitus. Unde cōpla
cet intellectus ille ad illā decretalem, videtur potius diſtinguē
dū, vt diſtinguit Abb. in d. c. ſi vero. vt dicamus aut clericus re
pertus in delicto continuat delictum, ſi non deſiſteret a delicto
niſi caperetur per laicum, tunc liceat vnicuiq; laico capere eū
⁊ ligare, ſi alias non poſſet propulſare iniuriam, ſecundū Inno.
ibi. Pone exemplū qñ clericus fugeret cū re quā ſurripuit ne
ex ſolo clamore dimitteret rem: tūc enim laico licet capere eum
q: continuat delictum. Unde tunc ſola captura non eſt ꝓ male
ficio puniendo, ſed dicitur fieri pro defenſione rei vel perſone: ⁊
hoc ſemper fieri poteſt. vt ſ. dictum eſt. Et iſta ratione poteſt cō
cedi, ꝙ ſi familia inueniat clericum de nocte, poſſit ipſum cape-
re, ⁊ preſentare epiſcopo ſm Abb. in loco preal. ⁊ in d. c. vt fame
e. tit. Poteſt etiam aſſignari alio ratio, quia ſi clericus ꝑmitte-
retur abire noctis tempore malū remaneret impunibile, q: nō
poſſet poſtea cognoſci, l. ſi is. qui rē. in prin. ⁊ ibi not. j. eo. Aut
clericus deprehenſus in delicto deſiſtit ab eodem, ⁊ tunc ꝓbabi
lior videtur eſſe opinio Hoſtiē. quāuis fugiat, vel ſit veriſimilis
fuga, ꝙ nō poſſet capi per laicū, ⁊ ſic per laciū puniat. Et illa cō
cluſio probatur forti ratione, q: tex. in c. vniuerſitatis. de ſentē.
excommu. dicit, ꝙ prelatus nō poſſet verberare clericum per ſe,
quantūcunq; ſubſit neceſſitas verberādi: per aliū pōt, ſed nō pōt
executio committi laico per prelatū. Si ergo non permittitur
laico verberare clericū de mandato prelati, etiā quando aliter
criminem nō poteſt puniri, multo fortius laico nō permittit cle
ricū capere propria authoritate: nō eſt tñ verū, ꝙ ſi clericus fu-
giat, delictum remaneat impunitū: q: contra ipſū, licet abſen-
tem, poterit procedi multipliciter, iuxta ea, que habētur ī c. ve-
ritatis. de do. ⁊ contu. Item habebit locū remiſſio ad petitionē
iudicis in cuius loco deliquit, iuxta no. in cle. paſtoralis. de re iu
di. vel ſi clericus alibi conſtituat domicilium, ibi poterit de hoc
delicto accuſari, l. j. ⁊ ibi habetur. C. vbi de cri. agi oportet. ⁊ no.
in c. fi. j. ti. proxi. Nō ob. dictū Inn. in d. c. ſi vero. ⁊ do. Abb. hic,
in ſecunda ratione adducta per eum: q: dico, quod termini non
ſunt pares. Nam illud arg. bene valet, licet defendere priuatū,
multo fortius publicū, vel circa publica, xxiij. q. iij. c. fortuito. ⁊
c. non inferenda. Sed non valet iſtud arg. licet defendere priua
tum, ergo licet ad vtilitatem publicam capere malefactorē, vt
puniatur: quia per hoc Reſpublica non defenditur, ſed potius
procuratur vtilitas publica, capiendo defenſionē proprie, id
eſt, prout repellit iniuriam, quam inferri vellet.

LEX IX.

1 ☞ Condictio furtiua extingitur ipſo iure, re furata reſtituta:
⁊ dominus ſit ipſam conſecutus.
2 Pactum ſi factum eſt de non agendo furti, ex noua cōtrectatio-
ne, naſcitur actio furti.
3 Furtum qui fecit Florentie, ſi requiritur Mediolani cum furto
an poſſit puniri.

Si qui furti. Hec eſt multū notabilis lex.
Diuidit in tres pertes. Pri
mo ponit vnum dictum. Secundo ponit aliud, ſc;. qđ
ſit officiū iudicis, qñ primo agitur ꝯ furem rei vēdi-
catione. Tertio, quod ſit officiū iudicis, qñ prius fuit actū cōdi-
ctione furtiua, ⁊ tunc agitur rei vendicatione. Secunda ibi ſed
ſi eam. Tertia ibi, quod ſi ex condictione. Tex. ibi decreuiſſet, id
eſt, decreſcendo perueniſſet, ſeu permāſiſſet, ſm Ia de Are. De
ꝓprietate cognoſcit, ſcilicet in qua licet iudici, quod ex arbitrio
equum videbit dicernere, vt Inſti. de actionib. §. preterea. Ibi
quod ſi ex ꝯdictione. vbi nullum iudex potuit exercere arbitriū,
cum non ſit arbitraria: ⁊ ſic non coegit petitorē ad remittēdam
rei vendicationem. Ibi ſuſtulerit. nunc autem conuenitur rei
vēdicationem, que eſt arbitraria, in ea erit officium iudicis quod
ſequitur, ibi, vt aut omnino, ⁊c. ¶ Et p. ad principium de l. iter
omnes. §. fi. ⁊ l. ſi dominium. j. eo. Sol. hec intelligitur ſecūdum
illas, ſcilicet, niſi res ad dominum ſit reuerſa, vel dominium mu
1 tatum. Item videtur † quod re reſtituta extinguit cōdictio ipſo
iure, vt j. e. l. ſi pignore. §. cū furti. Sol. verū eſt, ſi cōſecutus fuiſ
ſet quis rē, ſecꝰ ſi eſtimationē, vt hic. ¶ Ulterius op. ⁊ vr̄ qđ iſta
cautio ſit ſuꝑuacua, ſeu iſta remiſſio, cū habeat exceptionē. Sol.
vt i gl. ¶ Ult. op. ad fi. de l. eius rei. ſ. de rei vēdi. vbi videt, ꝙ il
le, qui ſoluit litis eſtimationē efficiat dñs, adeo ꝙ non poſſit cōue
niri rei vendicatione. Sol. Hic in fure, ⁊ ſic in male fidei poſſeſ-
ſore, qđ nō habuit cām ab actore, ibi ſecus. Et intelligo hic, ꝙ tē
pore ſolute eſtimationis nō erat poſſeſſio penes, furē, alias ſecꝰ,
vt no. per Dy. pro poſſeſſore. extra de re. iu. li. vj. in lv. q. Uel ſi
dicis, ꝙ erat penes furē intelligo actore ignorāte. Ita dicit Ia.
de ra. vt no. per Ly. C. de cōd. fur. l. j. in iiij. q. dixi i l. litis eſtima
2 tio. ſ. ꝓ emp. ¶ † Ulterius querit gl. pone ꝙ fecit tibi pactū de
nō agēdo furti, vtrū ex noua cōtrectatione oriat actio furti: Ui-
detur quod nō, vt hic. Contrariū determinauit gl. q: nō eſſe na-
tam actionē, vel eſſe natā ⁊ ſublatā eſſe, paria ſunt. l. ſi dari. ſ. de
verb. ob. ſed ſi nō eſſet nata ab initio, naſceretur furti actio ex no
ua cōtrectatione, l. j. C. de noxa. ⁊ l. ſerui ⁊ filij, j. eod. tit. ⁊ l. iij. ſ.
re. amo. ergo ⁊c. Preterea, pro hoc videt caſus. ſ. e. l. ſi qs vxo
ri. §. ſi quis iurauerit. Ita dicit glo. Contra iſtam gl. videt alia
gl. in l. eū qui. §. in popularibus. ſ. de iurei. ⁊ l. qui iuraſſe. §. ij. e.
ti. ⁊ l. ſi a te. de exce. rei iud. Dicunt quidam hanc, gl. dicere veri
tatem, ⁊ alias gloſſas. e. eſſe falſas. Tu dic illas, ⁊ iſtā eſſe veras.
Nam hic loquitur quando poſt factum interuenit nouus actus
ſcilicet cōtrectationis, ⁊ animus lucrandi merito actio furti na
ſcitur: ſed gl. cōtrarie loquitur, quando nullus actus de nouo.
ſuperuenit, ſed durat qđ antiquitus erat, Pro hoc induco d. §. ſi
3 quis iurauerit. ¶ † Ul. hec lex facit ad q. ꝙ ſi aliquis fecit furtū
in ciuitate Florentie, ⁊ hic deprehendatur cum furto, ꝙ hic non
poſſit puniri: q: aſſidua contrectatione actio furti non naſcitur,
poſtquā in principio nata fuit. Dicam j. eodem. l. ſi dominium.

LEX XI.

**IS cuius.** Iſtam regu. gloſſat hic Iuriſconſultus. ⁊ in legibus ſeq. Sed gl. limitat hanc regulam ⁊ declarat in l. manifeſtiſſimi. in j. gl. C. eo. dic vt ibi.

LEX XII.

1 ☞ Actionem nemo ex iniquitate ſua conſequitur.
2 Rapina vel violentia eſt delictum, quod committitur in perſonam, furtum vero non.
3 Actio triticaria competit furi.

1 a **ITaque fullo.** †No. ꝙ ex iniquitate ſua nemo cõſequitur[a] actionẽ. ¶ Op. de l. j. §. ſi p̃do. ⁊ l. bona fides. §. j. ſ. depoſ. l. ita vt ſi fur. ſ. cõmoda. Gl. ſol. ꝙ ibi ex cõtractu ſuo non ex iniquitate, ⁊ ſic non eſt cã proxima actionis, ſed remota
b cauſa iniquitatis. Itẽ opp. de l. i. §.[b] qui a me vi. ſ. de vi ⁊ vi ar.
c Gl. mag. no. ſoluit. ⁊ ſic innuit[c], †quod rapina, vel violentia ſit
2 delictum, qđ cõmittitur in perſonam: furtum vero non cõmittitur in perſonã. vt no. de quo plene dicã, in l. licitatio. §. qđ illicite. ſ. de pub. Iſtud dictum lʒ ſit verum in ſe: tñ ſolutio contrarij non eſt vera: qꝛ idem eſt in violentia, qđ in furto, l. ij. §. generaliter. j. vi bo. rap. Ideo gl. in d. l. j. §. ſi predo. dat aliã ſolutionem, que licet habeat apparentiam, tamen non congruit rationi poſite hic. ſ. nemo de improbitate ſua conſequitur actionem, ⁊c. Et ideo alibi ſoluit aliter, ⁊ ſic quod in d. §. quia a me vi. agitur furti ad poſſeſſionem, que ſibi vi arrepta eſt. quod poteſt ne habeat actionem ex improbitate ſua, ſed auferentis: hic nõ poteſt agere fur furti actione ad duplum, vel quadruplum, que actio furti datur ad intereſſe agentis, vt legib. contrarijs: ſed hoc intereſſe nõ
3 eſt ſine ſua improbitate, ergo ⁊c. Et ideo †ſi fur vellet poſſeſſionem repetere actione triticaria, poſſet, l. ij. ſ. de tri. Et ita intelligunt quidam, l. inficiando, §. infans. j. e. ⁊ ibi aliquid tangã. Hãc ſolu. ponit gl. de reg. iur. l. cum par. §. j. Cy. tangit, ⁊ non ita clare. C. eo. l. fi. in prin.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Nemo conſequitur. Vide poſt. Cy. Bal. in d. l. j. C. eo. in fi. prin.
b And. Barb. ¶ Item op. Vide Bar. in conſi. ccl. inci. ſtatuto caſtri plebis. vbi conſuluit, quod faciens furtum non dicitur facere delictum perſonale alleg. iſtam gl. hic. Et ibi vide. quot modis dicitur delictum perſonale, ſi ſtatutum dicit, quod bãnitus pro delicto perſonali poſſit impune offendi.
c Alex. ¶ Et ſic innuit. Et adde Bal. in l. ſi cum exceptione. §. ij. qđ me. cau. Et an furtũ ſit ſpoliatio, vide hic, ⁊ in l. rẽ que nobis. ⁊ in l. ſi rem mobilem. ſ. de acqui. poſ. ⁊ in l. ſi coloni. C. de agri. ⁊ cenſi. lib. xj. ⁊ in l. Sticho libertas. in prin. de ſtatulib.

LEX XIII.

**IS cui ex ſtipulatu.** Not. qđ id ꝙ dr. ſ. eo. l. is cuius intereſt. intelligitur ſi intereſt ratione poſſeſſionis vel iuris realis: ſecus ſi ratione actionis pſonalis. Ita gl. iſtam legem intelligit. Utrum autem hic debitor actionem cedendo liberetur: Dic vt in gl.

LEX XIIII.

1 ☞ Actio furti nõ datur ei, cuius intereſt ratione actionis perſonalis.
2 Emptor licet non poſſit rem accipere propria authoritate, etiã pretio ſoluto, ⁊ non dicatur bonefidei poſſeſſor, tamen non tenetur actione furti.
3 Quando periculum eſt venditoris, an actio furti debeat cedi emptori.

**EUm qui.** Hec eſt multum not. lex. Dicitur hic, qđ emptor actionem furti non habet. Contra, quia ſua intereſt non ſurripi, ergo, ⁊c.
1 l. is cuius intereſt. ſ. eo. Sol. †Hic intereſt rõne iuris perſonalis, non ratione iuris realis, vel poſſeſſionis, vt dixi, ſ. l.
2 proxi. ¶ †Secundo oppo. ad fi. legis, de l. ſi ex ſtipulatione. ſ. de acqui. poſ. vbi dicitur, ꝙ non licet accipere rem propria au-
a thoritate, etiam pretio ſoluto. Solu. concedo, ꝙ licet[a] accipere, ⁊ non dicitur bone fidei poſſeſſor imo predo, vt ibi: tamen furti actione non tenetur, quia non intereſt venditoris, vt hic. Item dicitur hic, qđ emptori debet cedi actio, quia eius periculum eſt.
3 Quero †quid[b] ſi eſt periculum venditoris? Dic vt in l. vẽditor
b ex hereditate. in fi. ſ. de her. vel actio. vendi.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quod non licet. No. ꝙ ſi ſubtraherẽ rem mihi debitã non tamen teneor furti in quadruplum: ſed predo ſum. ⁊ hoc tenet Bar. in d. l. ſi ex ſtipulatione. Adde tex. in c. dudum eccleſia Rothomag. de elec. vbi ille qui nactus eſt poſſeſſionem beneficij ſine authoritate ſuperioris, dicitur fur ⁊ latro. ⁊ tene menti, quod licet ſtatutum loquatur de predone vel fure non verificatur in iſtis, vt colligitur in d. c. dudum.
b Alex. ¶ Quero qđ. Vide Bar. i l. ſi qđ vxori. §. itẽ apud Labeonẽ. j. e. vbi hoc colligitur. Et adde, que no. in d. l. ſi ex ſtipulatione. Et quis dicatur predo, vel fur, vide que habes poſt Bar. i l. capitalium. §. famoſos. j. de pen.

1 ☞ Colonus eſt dominus fructuum, poſtquam ſunt percepti, ⁊ a terra ſeparati.

1 **§. Preterea.** Op. ꝙ †colonũ ſit dominus fructuũ, l. ſi apes. §. fi. ⁊ l. fullo. §. frugibus. j. eo. dicit, hoc eſt verũ. poſtquã fructus ſunt percepti, ⁊ ſeparati a terra, vt in contrarijs: ante autem ſecus, vt hic. Et hoc dicit glo. in colono partiario, ⁊ in colono qui colit nummis. Quod an ſit verum dicam j. eo. ſi apes. §. fin.

1 ☞ Depoſitarius licet teneatur de lata ⁊ latior culpa, habet tamen actione furti pro re depoſita ſibi furata.

**§. Is autem apud quem.** Ex improbitate ergo ſua depoſitarius actionẽ furti nõ cõſequitur. Cõtra j. e. l. q vas. §. ſi ego. Gl. dat duas ſol. ſcđa eſt vera, qꝛ hic depoſitarius cõmiſit furtũ vtẽdo re vel interuertẽdo poſſeſſionẽ dñi, per vſum eius: i cõtrario cõmiſit furtũ alij cedendo, ita qđ dño retinebat poſſeſſio
1 nem. Iſta eſt veritas, vt dicã in cõtrario. ¶ †Quero, cũ depoſitarius teneat de lata culpa, ⁊ latior., l. qđ Nerua. ſ. depoſi. ⁊ C. de poſi. l. j. an illo caſu ipſe habeat actionem furti: Videtur ꝙ non, quia dolo comparatur. Contrarium eſt veritas, nam verus dolus furis preponderat culpe depoſitarij, l. itẽ ſi obſtetrix. in fin. ſ. ad leg. Aquil. Ita tenet Iac. de Are.

1 ☞ Euenire quod poteſt in odium furis inſpicimus, licet veriſimiliter res ad hoc non tendat.

1 **§. Papinianus tractat.** †No. qđ in odiũ furis inſpicimus illud, qđ euenire poteſt, licet veriſimiliter res nõ tendat ad hoc. Facit l. diuortio. ſ. de neg. geſt. Brocardũ iſtud bene ſolui ſ. de ver. ob. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

**§. Idem ſcribit.** Dicitur hic, qđ creditor poterit agere actiõe furti, quero, ad quantũ. vtrum duplicabitur creditum, an eſtimatio rei ſubtracta: Gl. i verb. agere potero, Circa hoc diſtinguit hic plene, ⁊ vide eã que incipit, in ſolidũ, ⁊ no. eã. ¶ Secũdo querit gl. quomodo põt hic agi actione furti ad decem, eſſent decem debita: Et vr qđ debeat agi ad duplum, ſ. ad xx. glo. fatetur, qꝛ qui petit xx. petit x. Vel dic quod ſeruus valebat tantum quinque, ideo agebatur ad decem actione furti. nam illud quod dicit duplari debitum, eſt verum, quãdo res ſubtracta valet plus quam debitũ valet. ⁊ ita videtur hoc ſentire Cy. ld.

1 ☞ Furtum vnum dicitur, quantum ad actionem penalẽ, licet plures res ſimul ſubtrahantur.
2 Statutum, quod pro primo furto quis fuſtigetur, pro ſecundo auricula amputetur, pro tertio ſuſpendatur, non verificatur in ſubtrahente plures res.

**§. Idem dicit.** Opp. qđ occaſione cuiuſlibet i totũ agat, vt ſ. ea. l. §. Papinianus. Sol. hic ſimul factum fuit, ⁊ ideo dicitur totum furtum vnũ. ita
1 dicit gl. quã no. ⁊ menti tene. ¶ †Not. qđ ſi plures ſimul ſubtra
a hũtur dicitur vnum furtum quantũ ad actionem penalem.[a] Et
2 hoc †facit p ſtatuto, quo cauetur, vt pro primo furto fuſtigetur, pro ſecundo amputetur auricula pro tertio ſuſpẽdat quod ſi plures res furetur quis, totum dicat vnũ furtum. ¶ Ulterius querit gl. quare non operatur ibi in §. Papinianus. tãtum alter retẽtus, quantũ ⁊ hic alter amiſſus, vt ſcilicet, pro parte ibi agatur: Reſpondet gl. quia ibi ille qui remãſit. remanet periculo creditoris: hic vterque tranſit in periculum furis. Iſta ratio non eſt ſemper vera, quia periculo creditoris perijt ita demum, ſi perit ſua culpa, vel ſi hoc eſſet actum vnde rationem aſſigna, que ponitur in tex. d. §. Papinianus.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Actionem penalem. Vide Bal. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fu. ⁊ vide Bar. i l. ſi familia. ſ. de iuriſ. om. iu. ⁊ Bal. in l. quid ergo. §. qđ ait pretor. de his qui no. infa. Itẽ qđ ſi eodem tempore quis interficit plures homines, an debeat puniri pena ſtatuti punientis facientem plura homicidia, vide que ibi not. dicuntur per Bal.

**§. Idem Pomponius.** Quero, quid ſi cõmodatarius non fuit in dolo, vtrum habeat actionem furti: Dic quod eſt electio domini contra quem agat, l. fi. §. j. C. eo. tit.

1 ☞ Actionem furti non habet ille, cuius intereſt ratione obligationis perſonalis.
2 Pater equiparatur fideiuſſori.

§. An

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

1 §. **An pater** No.†vbi intereſt ratione obligatiõis perſonalis,quis furti actionē non ha-
2 bet,vt hic,⁊ ſ.ead.l.in pꝛincip.⁊ ſ.l.pꝛox.Secundo not.†pꝛo
patre,qui equiparatur fideiuſſoꝛi,vt hic,⁊ habetis in l.cum fili-
uſfa.in pꝛin.ſ.de ver.obligatio.

1 ☞Pater habet quaſi dominiū filiū,⁊ ideo ei datur vēdicatio.
2 Filiofamilias furto ſubtracto,patri datur actio furti,ad eſtima
tionem operarum perditarum,⁊ hec duplabitur.
3 Mater non poteſt agere actione furti pꝛo filio furto ſubtracto.

§. **Si filiusfamilias** Op.pater nõ habet in filiū dominiū nec poſ
ſeſſionem:qꝛ liber homo nõ poſſidetur,ergo,⁊c.Rñ.dicit gl.hu
ius timoꝛe, qð habeat actionem furti pater.hoc eſt,accuſationē
criminalē,non ciuilem.Ita no.Inſt.de obl.que ex delic.naſc.§.
interdū.Iſta ſol.eſt contra tex.qui expꝛeſſe dicit,de actiõe fur
1 tiua.Ad contrariū reſpondeo ſic,† pater non habet dominiū vel
poſſeſſionē,concedo:ſed habet quaſi dominium ideo datur vēdi
2 catio patri,l.j.§.per hanc.ſ.de rei ven.¶† Itē opp.ꝙ nõ poſſit
agi furti,cum liberum, coꝛpus non recipiat eſtimationē l.liber
homo.ſ.ad leg.Aqui.ergo nõ reperitur quid dupletur,vel qua
drupletur.Dicunt quidā ꝙ duplicabitur illud, pꝛo quāto iura
uerit ſe nolle carere illo filio.Et iſtam ſol.tenet glo.in l.vt tantū.
ſ.de ſer.coꝛu.tamē hec gl.repꝛobat eam,⁊ bene quia in actione
furti non habetur ratio lucri, vel effectionis,vt dicit glo.quare
ſoluit aliter,ꝙ duplabitur eſtimatio operarū perditarū a pa-
tre pꝛopter furtū.Iſtam ſol.tenet Dy.iſtam etiam tenet Ly.C.
3 eo.ſi quis ſeruo.⁊ iſtā teneatis.Itē op.j.eo.l.mater.Sol.† ma-
ter nõ poteſt agere actione furti,vt ibi:ſed pater ſic.Et ratio eſt
duplex,quia mater non habet ius poteſtatis in filium.Item ma
tri opere non debentur,ſecus in patre.

1 ☞Vendito equo an videatur vendita ſella.

§. **Non ſolum** Querit gl.vtrū poſſit per condi-ctionem incerti cõmodatarius re
petere illam ſuam detentionem:Dicit gl.ꝙ ſic.Hoc qð dicitur
de condictione incerti,repꝛehenditur per gl.C.eo.l.fi.§.ſed cū
in ſecundam,⁊ illa veriox.Dixi in l.Aquilius.ſ.de dona.⁊ l.rē
1 que nobis.ſ.de acqui.poſ.† Iſte §.facit ad q.ſi vendo tibi equū
a 1 an videoꝛ tibi[a] vendere frenum,⁊ ſellam,⁊ ſimilia:hic videtur ꝙ
ſic l.ediles aiunt.in pꝛinci.ſ.de edili.edic.⁊ per Gul.de Cug.in
l.ſi vt certo.§.vſque adeo.ſ.commoda.

ADDITIO.

a Alex.¶An videoꝛ tibi.Vendito equo,videtur vēdita ſella,⁊ ad
de qð non ſolum venit ſella,ſed oꝛnamenta que erant in equo tē-
poꝛe venditionis,⁊ ante per duos dies,dict.l.ediles.§.vēdidi.ꝙ
bene no.⁊ vide que dixi in dicta l.ſi vt certo.§.vſque adeo.ſ.cõ.
Iſtis adde quod not.Bal.in l.ij.C.de edil.actio.

1 ☞Nuncius poteſt quis eſſe in re ſua.
2 Accipiens rem pꝛeferendam tenetur de periculo rei, ſi ſuſcepit
cuſtodiam,⁊ pꝛetium accepit.
3 Mandatarius,quando teneatur de leuiſſima culpa.
4 Fideiuſſoꝛ quando eſt ſibi factum mandatum quod ſoluat, non
tenetur niſi de dolo,⁊ lata culpa.

a §. **Si epiſtola** [a]Not.tex.ibi,⁊ ſic cuſtodia eius.⁊ in ver.finge,⁊c.No.qð dicit in pꝛin.de
dominio epiſtole.ad quem pertineat.concoꝛ.ſunt vt ī gl.Secū
1 do no.in verſic.ſed ſi interfuerit † quod quis poteſt eſſe nuncius
in re pꝛopꝛia:nam hic vides,qð quis poꝛtat literas ad ſui vtilita
tem.Hoc tangitur per Iac.de Are.in l.j.§.nunciatio.ſ.de no.
2 oper.nū.⁊ ego dixi in l.iuſte.ſ.de acquir.poſ.Tertio no.† qð il-
le qui accipit rem perferendā,tenetur de periculo rei,in duobus
caſibus,ſi ſuſcepit cuſtodiam,⁊ accepit pꝛetium.Ita vides hic.
b Contra quod opp.[b]quod mandatarius teneatur etiam de leuiſ
c ſima culpa[c],l.a pꝛocuratoꝛe.C.mand.Sol.quicquid dicatur iſta
3 eſt veritas,quandoque in mandato venit aliquid quod requirit
exactiſſimam diligentiam vt facere pꝛocuratoꝛem ad iudicia,
d tunc pꝛocuratoꝛ tenetur de leuiſſima culpa[d] quia videtur aſſere
re ſe peritum in illa peritia,que in iudicio requiritur,ſuſcipiē-
do mandatū.Ita loquitur d.l.a pꝛocuratoꝛe.⁊ qð no.per.Dy.i
c.imputari de regu.iur.lib.vj.Quandoq; mandatur aliquid,qð
requirit diligentiam non tantā,⁊ tunc tenetur de lata ⁊ leui,qꝛ
ita diligentem videtur ſe aſſerere,pꝛout illa res cuius manda-
tum ſuſcepit, requirit l.in re mandata.C.manda.Quandoque
mandatur aliquid quod nullam requirit diligentiam,quia om-
nes ſcirent facere,vt poꝛtare vnam literam,ſeu epiſtolā,vel ali
quid aliud de vno ad alium,⁊ tunc non tenetur,niſi de dolo ⁊ la-
ta culpa.niſi pꝛetium ſuſceperit,ſeu cuſtodiā in ſe receperit, vt
4 hic Simile in mandato,† quod videtur fieri fideiuſſoꝛi,qð ſol
uat Nā fideiuſſoꝛ non tenetur niſi de dolo ⁊ lata culpa.l.fideiuſ-
ſoꝛ circa pꝛincip.ſ.manda.facit bene l.ij.ſ.de pignoꝛi.ita de-
betis intelligere hanc legem.

ADDITIONES.

a And.Barb.¶Si epiſtola.Vide doc.in c.cum delicti.de dolo.
contu.vbi dicunt.quod citatio poteſt committi pꝛopꝛio nuncio
rei,poteſt committi parti,allegauit Bar.hic,⁊ in d.l.iuſte.vide
d.c.cum dilecti.vbi Papa committit nuncio rei.
b ¶Contra quod oppo.Quid in mero executoꝛe, vide Bal.i l.ſi
ſeruus legatus.§.cum qui.de leg.j.
c Alex.¶Leuiſſima culpa.De qua culpa teneatur pꝛocuratoꝛ,⁊
quid in nuncio,vide Bal.in l.a pꝛocuratoꝛe C.de mandat.
d Alex.¶Leuiſſima culpa.Vide Bald.in d.l.quod Nerua.ff.
depoſiti verſi.tertio quero.

LEX XV.

**CReditoꝛis §. Dominus** no.qð dicit,quaſi pignoꝛis loco.Quero circa hoc, qð ſi ca-
dat a poſſeſſione,vtrum habeat hypothecariam:Cer
te non,qꝛ hic in tex.dicit quaſi pignoꝛis,nõ pignus pꝛopꝛie.ad
quod facit ſ.de leg.j.l.quod ſi nulla.

LEX XVI.

**NE cum filiofamilias** Eppon.quod ſit ciuilis cõſtitutio,vt in §.hi.qui.Inſt.de ob.que ex de
li.naſ.Sol.vt in gl.Item opp.in l.ſi quis vxoꝛi.§.ſed
filius.j.eo.Sol.ibi de caſtrenſi.

LEX XVII.

a **SErui ⁊ filii** [a]Vide qð nõ poteſt agi fur-ti ciuiliter ſed an poſſit agi
furti criminaliter,dic vt in l.reſpiciēdum.§.furta do
meſtica.j.de pen.

ADDITIO.

a Alex.¶Serui ⁊ filij.Vide hic quod dominum ⁊ ſeruum non
oritur obligatio,quid inter Abbatem ⁊ monachum.vide Bal.
in l.cum affirmes.C.de lib.cau.

§. **Illud queſitum** Iſte §.legitur duobus mo-dis in gl.Primo in bone fi-
dei poſſeſſoꝛe, ⁊ pꝛo iſta lectura faciunt multe ſolutiones cõtra
rioꝛū, ⁊ pꝛo hoc facit etiam hic tex.qui dicit de vſucapione que
vſucapio in domino vero non caderet.Secundo modo legitur
hec lex in vero domino,pꝛo qua facit qui tex.qui expꝛeſſe ī domi
no loquit.Ponamus ergo caſum,vt litera iacet,⁊ in cõtrarijs
expediemus.Eppo.C.eodem l.apud antiquos.§.ſin autē deſi-
nat.Solu.hic loquitur in bone fidei poſſeſſoꝛe quod apparet ex
eo,quod dicit de vſucapione,ibi vero loquitur in vero domino,
⁊ quod hic dicitur in tex.pluribus locis,domino,expone id eſt,
bone fidei poſſeſſoꝛe.Ita intelliguntur quaſi omnes gl.hic poſi
te.Sed pꝛout intelligeres hanc legem in vero domino,ad d.l.
apud antiquos.reſpon.pꝛout hic dicitur in ſecunda ſol.quia ibi
ſeruus fuit poſtea reuerſus apud verum dominum:hic nõ.Se-
cundo oppo.j.ad legē Aquil.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſerui.ſecundo
reſponſo.Solu.hic gloſſ.vno modo quod aliud in aquilia,aliud
in actione furti,per rationem,quam hic aſſignat,ibi ſoluit ali-
ter ⁊ melius,ideo tene illam ſolut.Item oppo.ſupꝛa eadem l.i
pꝛincipio,vbi dicitur,quod dominus nõ habet actionem furti,
pꝛo furto ſerui.Sol.pꝛout intelligis hic, in bone fidei poſſeſſo-
re.non cõtrarium,pꝛout intelligis hic in vero domino.tunc
gloſſ.ſoluit,quod intelligatur de furto,quod commiſit dum eſ-
ſet apud ſecundum bone fidei poſſeſſoꝛem,tunc enim cum domi
nus non poſſet eum ſeruum coercere,ceſſat ratio que ponit in
pꝛinc.legis.

LEX XIX.

1 ☞Eſtimatio rei furate,furto pꝛobato, pꝛobatur per iuramen
tum actoꝛis.
2 Vas argenteū quando petit,debet poni in libello.de qua liga.
3 Libellus pꝛocedit.quando in eo aliquid certum ponitur,licet
adijciatur clauſula,⁊ plus.
Clauſula,⁊ plus adiecta in libello,nihil operatur,niſi poſtea pꝛo
betur aliquid certum.

**IN actione** No.modum foꝛmādi libellum qualiter res certa debet poni
in libello,Ep.ſ.de l.j.§.ſi.quis argentū.ſ.depo.Di
cit gl.aliud in depoſito,vbi deponens potuit ſibi pꝛo
uidere,qð non eſt in furto.Sed tunc oppo.quomodo poterit du
plari,vel quadruplari,ſi neſcitur pondus alicuius vaſis.Re-
ſpon.quod hic dicitur quantum ad dandum libellum, non
quantum ad condemnationē ferendam, niſi poſtea in proceſſu
a declaretis[a] de pondere,vt not.in d.§.ſi quis argentum.vt hic in
vlti.gloſ.in pꝛinci.huius l.ſuper verb.debet puto,quod licet in
1 actione depoſiti procederet quod dictum eſt tamē† contra fu-
rem pꝛobato furto, de eſtimatione ſtatur iuramento actoꝛis.
C.vnde vi.l.ſi quando.dicam in l.quidam tabularum.j.eodem.

2 ¶ Ulterius quero.† cū materia argētea ſit diuerſarū ſpecierū, alia eſt eñi liga Peruſina, alia liga Seneſis, ⁊ alia eſt liga Venetorū, vtrum debeant ponere in libello de qua liga ſit: Reſpō. ſic: hoc enī totū pertinet ad declarationē materie, ⁊ ſi hoc ignorat, nō poteſt ſciri eſtimatio, l. cū aurum ſ. de auro ⁊ argen. lega.
3 Ultimo no. quod hic dicit i tex. aureos tot pluresve, quod admittat libellus, quando pono aliquid certum, ⁊ adijcio clauſulā
b illam, ⁊ plus tamen iſta clauſula, pluresve, nihil operatur,[b] niſi poſtea probetur aliquid certum, l. cum furti, ſ. de in lit. iuran.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ In proceſſu declaretis. In proceſſu poteſt ⁊ debet libellus ambiguus declarari, vide. Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j. de verb. ob. ⁊ in ſl. non ſolum. §. ſed vt probari. de oper. no. nun.
b Alex. ¶ Nihil operat. Iſta verba plus minus apposita i l bello, nihil operāt, vide omnino tex. ⁊ Bal. i l. publia. §. Titius. ſ. depoſi. Et de libello, vide i ſimili de hac icertitudine Imo. i c. ex parte abbatiſſe. de priuil. gl. i c. cū iter vos dudū de ver. ſig. De iſta autē dictione plus, vide Bal. i l. ab hoſtib⁹. §. ſ; q̄ ſimpliciter. ex qui. cau. ma. ⁊ ff. ſi qs cau. in l. ⁊ ſi poſt tres. Adde an procedat libellus, quod talis ſurripuit, ⁊ celauit animo furādi, ⁊ contrectandi res ⁊ bona, que aſcendunt ad eſtimationem centum ſaluo errore calculi, Bal. conſil. cvj. j. lib.

§. Qui rem. Opp. de l. ſi rem. §. fi. ſ. de preſcr. verb. ⁊ l. ſi vēdidero. in fi. j. eo. Sol. quod hic dicitur non poſſidebat, itellige ſi aliquo tempore creditoꝛ cepe rit poſſi ere: debitoꝛ tamen poſtea rogauit a creditore p̄cario, ⁊ ſic creditoꝛ ſaltem ciuiliter poſſidebat. Alij. vt Irn. dicunt etiā ſi nūquam creditoꝛ poſſedit, committit furtum debitoꝛ q̄ poteſt procedere quādo ſpecialiter erat obligatus. ⁊ videbitis. j. cod. l. ſi is qui. in pꝛin.

LEX XX.

